



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 31. Ego sum. Sponsam suam noster dotat Oseas, & detestabile lutum in solem conuertit, qualem vidit Nehemias.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

radios quosdam emittit lucidos, ex quibus illum videmus, agnoscimus & detegimus, absque quibus hoc esset impossibile. Simili plane modo diuinus ille sol, hoc in puncto lucis suae splendidissimum in mulieris animam emisit radium, quod distinctè illum agnosceret, Cortinam Rex ille contraxit, suamque in carne humana personam aperuit, atque eminenti illo lucis radio: *Ego sum*, ei illuxit, ita ut altissimum SS. Trinitatis agnosceret mysterium, quodque ipse eiusdem erat secunda persona: nec non profundum Incarnationis eius mysterium, personae eius diuinae celsitudinem, carnis, quae verbum indurum erat, infirmitatem ac humilitatem, cuncta denique fidei nostrae sublimissima mysteria.

Perpende quomodo se tunc habuerit, audiens illud: *Ego sum* quam attenti haeruerunt duo illi Tobiae, pater, & filius, quando, pluribus diebus cum illis egerat Angelus Raphael in corpore phantastico, tandem, & multis interiectis rationibus illos se, quis esset, aperuit, suoque declarabat excellentiam dignitatis, vno illo: *Ego sum Raphael Angelus, vnus ex septem qui astamus ante Dominum.* Attoniti, stupefactique in terram corruerunt, vbi per tres horas prostrati iacuerunt. *Tunc prostrati per tres horas in faciem benedixerunt Deum.* Quid mulier haec ageret, audiens, non: *Ego sum Raphael Angelus, sed Ego sum*: illimitate nomen Deo proprium, cumque mulieri diuinae suae detexit personae maiestatem? Arbitror ego, quoddam statim profunda supplex humilitate, nec minori percussa stupore ceciderit in terram: Christi adorans maiestatem, desiderans, ut ipsa terra vsque ad abyssos incineraretur, ut coram tanta profundius maiestate prosterneretur. Hic illum agnoscebat & adorabat, celestis autem ille Oseas sua tractat cum illa castissima per viuam fidem sponsalia: diuinam namque gratiam in suo intellectu illustrata, Christum ut Deum suum recipit, ut talem agnosceat, & ut tali seipsam, eius amore capta, in sponsam eradi dilectissimam, Ipse se diuinum tradit sponsum, & eam recipit, ut sponsam sibi charissimam. En tibi per viuam & integram fidem inita sponsalia. Ea de causa praedixit per Oseam de anima sibi sponsa fidelissima: *Sponsabo te mihi in fide.*

§. 31. *Ego sum: Sponsam suam nosse dicitur Oseas: & detestabile lutum in solem conuertit qualem vidit Nehemias.*

Quis explicabit, quis verbis exponet dotis, qua sponsam oppignorauit, eminentiam? Dorauit illam fide viuam in intellectu, in corde certâ spe, feruenti in voluntate charitate donis spiritus inestimabilibus, virtutibus, in suis diuinae suae gratiae diuitiis, quibus pulchritudine illi contulit ex hac digniore, quam quod praefulgent Angeli per naturam: esse quoddam illi diuinum communicauit, & dicere potuit id quod postmodum Apostolorum dixit primum: *Maxima & pretiosa nobis promissa donauit, ut per hoc efficiamini diuinae consortes naturae.* Quid plura? illam in fulgentissimum commutat solem. Nequeo satis admirari, id quod refert Spiritus S. de illo diuino igne, quem sua Deus omnipotentia in suo accedente altari, cum se dei populus in Persidem iugeret captiuum abducentium, accurrerunt Sacerdotes & sumptum ignem de altari in puteo inter lutum absconderunt; ita ut ignis velut lutum lateret. Precor te, per animam tuam, quid ex tali loco, in quo ignem tutari sperandum, quam ut in conuulsum verteretur? Ita factum est, cum enim ignis esset excellens, igne gelu frigidior euasit, & in star loti densissimum obsecuro. Mirare mysterium, Solutam iam captiuitate, & euolutis septuaginta annis, Dei populo in terram reuerso natiuitatis, accersit Nehemias sacerdos Dei Sanctissimus ad puteum, indeque eduxit ignem, iam in lutum frigidum immundumque caeuum conuersum; quem prope putei solis calidissimis exponit radiis, Sol autem spiritus obducebatur nebulis: *Erat in nubilo*: quosdam nihilominus lucis suae, emisit radios, quibus paulatim lutum illud disposuit, donec subito contractis nubium cortinis, clarius fulger, pleoque lumine lutum perlustrat. Illico lutum in ignem inflammatum ardentissimum, qui de terradios eubret lucidissimos, in star solis, omnibus factum admirantibus? *Tempus affuit quo sol re. a. Magnus ita ut omnes mirarentur.*

Signum omnino mirabile, quod mundum in Altissimum rapit admirationem, sed quod praeter manus habentibus prior longe est eminentior, Erat spiritus huius mulieris eiusque anima Dei appropinquatissima manu ignis accensus: illam quippe Deus sua creauerat omnipotentiam, corporisque

infederat; attamen quia in huius mundi puteo  
mergebatur, cœno lutoque visissimo intricata  
vitorum, vanitatum, impudicitiarum, & idolo-  
latræ, in tam vile abiectionemque lutum dege-  
neravit, ut satis imaginari potes de muliere pel-  
lice, fornicatrice, qua stantia; de qua sic Spiritus  
S. *Omnis mulier qua est fornicaria, quasi stercus  
in via concule abitur.* At felix illa, cuiusque  
felix illam cœnani de puteo educit, & in altum  
attollit, diuinus ille Nehemias, etenim ex aquis  
illius putei terreni cepit sub eius ad supernas  
caelorum aquas euehere sublimis. Obscurus &  
incognitus coram illi. Habebat Phœbus ille coe-  
lestis, nubibus obvolutos pauperatis, suis fati-  
gationis, quibus apparebat exterioris veritatem  
aliquos in Flammam euehere, bat lucis sue radios, qui-  
bus illam sensum disponebat. Tandem cortinas  
coâ trahit, & seipsum quis sit, distinxit è claud que  
manifestat dicendo: *Ego sum qui loquor tecum;*  
quo plena perfectaque luce perstruitur, solique  
ille diuinus gelu dissoluit, atque in ignem con-  
uertit; lutum illud, quo nullum obscurius, nul-  
lum sic idius in ignem transmutat in suo amo-  
re feruentissimum, ac in solem adeo clarum, ut  
per illum totam aggredatur Samariæ illumina-  
re Prouinciam. Hoc agit cum illa: sicut enim  
dicendo Saulo: *Ego sum Iesus,* illum coelesti luce  
eirentem in: ad: eo tulgida, ut de Saulo creauit  
est Paulum, & de luto tenebroso solem eduxerit  
solgidissimum, quò totum illuminauit mun-  
dum, sic & egit cum hac muliere: qualem præpa-  
rat: qualem creauit illuminatam intellectu, vo-  
luntate feruentem, animam donis ditatam coe-  
lestibus. His pignoribus sponsam suam noster  
honorat Oseas, sponsam à iam sit per veram si-  
dem charissimam, ut autem pateat hæc sponsa-  
li, ad filiorum spiritualium tendere generatio-  
nem cor ei commouet, ut recita, festinè que ten-  
dat Samaritam: *Reliquit hydriam suam mulier.*  
Iam aqua non recordatur, ob quam venerat  
iam sui non erociatur, iam feruram non tinet,  
iam hydriam quam attulerat, non meminit, om-  
nia relinquit: huius namque diuini sponsi aqua,  
sunt omnium extinguunt terrenorum.

O quam præclarè videamus hic exposita pro-  
digiosa illa Dei opera, quæ David olim cele-  
brauerat: *Tu dirupisti fontes & torrentes, tu sic  
casti fluuios Et haec Tu fabricatus es auroram  
& solem.* Potentissime Deus, qui ex vna partic-  
lante clicuisti & torrentes aquarum de petris,  
& ex altera fluuios Ethan siccasti, id est vio-  
lentos & impetuosos: sic enim alij legunt:

*Fluuios fontes. Tu fabricatus es auroram &  
solem.* Inquirunt hic Doctores, utnam sint hæc  
opera, & quando illa Deus sit operatus. Verum  
non est quod his nos fatigemus, cum hæc modo  
completa videamus. O fontes fluuios, rapidos  
& impetuosos carnalitates, & impudicæ volup-  
tatis, qui de carnis tuz terra scauunt, qui vio-  
lento suo defluxu intellectum, voluntatem, sen-  
sus totamque animam demoluntur! Heu quales  
erant illi, quàm rapidi, qui per huius pectus mu-  
lieris decurrebant, quàm fortiter illam detine-  
bant? Quanto cor eius impetu abripiebant! nec  
aliud cogitabat, nec de alio diserebat, nec de  
alio somniabat. Hoc torrentes aquis coelestibus  
Dominus exsiccauit, & gratia fontibus, quos  
cordi eius infudit, qui ad cœlum usque saliebât,  
ut sit Christus, etenim diuinâ suâ gratiâ in eius  
corde residente, cuncta iam mulieris cogita-  
tiones, desideria, curæ omnia cœlum spectabant.  
Hæc aquæ priores exsiccarunt, fabricauit in ani-  
ma eius Dominus auroram rotantem, pariter  
& suæ cognitionis solem lucidissimum illo solo  
quod protulit, verbo *Ego sum* quò sol ortus est  
clarissimus, qui derisissimas depulit tenebras,  
quibus eius anima obsidebatur: *Tu fabricatus es  
auroram & solem.* O diuinas aquas! o potentes  
aquas! o mirabiles aquas quæ fortissimos terra-  
rios exsiccarunt, & propriis tradiderunt obli-  
uioni: hoc quippe inter diuinæ gratiæ opera  
locum habet non parum honorabilem. Con-  
templare mulierem iam de hydria non est solli-  
cita, iam putei illius aquas ultra non requirit.  
*Reliquit hydriam suam mulier.*

O facile, quid de litteris illis cenfes, qui-  
bus armatus tēdebas Damascum: quid de zelo illo  
legis, inique leuitatibus quid de ambitione, quæ  
ceteris ardebas videri sapiētor: *Quæ mihi sue-  
runt lucra: hæc arbitratus sum propter Christum  
detrimenta &c.* Propter quem omnia detrimenta  
feci, & arbitrator ut stercora ut Christum lucrifa-  
ciam, & inueniunt in illo. O Martha quid de tuis  
scedulis, cæbis & obligationibus: quid de pecu-  
nariâ arcaulis? omnia deseruntur, omnia traduntur  
obliuioni: istis etiâ satia ta cōquiescit: Magdale-  
na, quò ceruicis ornamenta, vultusq; elegantia a-  
bierant, quid actū de recreationibus, de comœ-  
diis, de iocis, de cōabulationibus, carnisque vo-  
luptatibus: *Reliquit hydriam.* omnium abiicit me-  
moriâ, omnia deserunt, iam enim diuini aquis  
illorū sitis extinguitur, vel ut eius, qui febribus in-  
calescens ardētissimis, nihil aliud mēte, sollici-  
tudineq; ruminat præter varios aquarū fō: es: ar-  
bitra-

IV.  
Mira-  
cula  
Dei in  
Sama-  
ritana.

Philipp e  
3. 8.

V. Allegoria.

b'ratu; quod fluitu eporet; cui nihil ita iucundum, vt aquarum gustus; obiecta valetudine; illarum obliuiscitur, ita vt nec earum quidem meminerit, quas tantopere prius exoptauerat.

Vulgo nota est illa apud sanctos sententia: *Gustato spiritu, desipit omnis caro.* Mundi fontes omnes illi non sapiunt, qui diuini Spiritus S. satiarur torrentibus. Admirantur omnes Elisei prophetae factus quod vt mirabile Spiritus Dei singularibus describit expressum circumstantiis. Proficisciebantur tres potentissimi Reges, Iuda, Israel, & Edom suis terribiles exercitibus bello Moabitas hostes impugnaturi: per regiones aridas, & inaquosas, deficit aqua legionibus ob cuius inopiam tanta exarscunt sicut milites, vt sese sicut emori querebantur: Placuit exciatur grauisimus, inter reges, lamentantur milites sicut deficientes, suum omnes lugent infortunium, se inter aridissima deserta debere concidere, nec quidem visa vel semel acie facieque inimicorum, Rex Iuda, vt fidelis, ad Deum recurrit, quereque num ibidem Dei propheta possit inueniri; Vatis Elisei indicant regi presentiam, coram adducitur, illum rex instanter rogat, vt a Deo salubres populo aquas precibus suis meritique consequatur. Multis vltro ceteroque interiectis (a) feliciter, inquit, sua Dominus clemens misericordia de caelo largietur aquas: ora dilatare, cum voluptate bibere ad satietatem, in regionem tenderis Moabitarum quam armis vestris subiugabit, nec hoc solum, insuper & terrae illius videntes aquas eiusque puteos ac fontes illos obturare, vobisque praedici, quod hoc ita facietis, etenim futurae sunt vobis ille abominabiles: *Et percussis omnem circuitum munitam, & omnem urbem aleitiam & vniuersum lignum fructiferum succidatis, cunctosque fontes aquarum obturabit, & omnem agrum egrum aperietis lapidibus.* O sanctissime propheta quid ais? Quid, quaeque bibet si cunctos obruret aquarum fontes? Nondum periculum euaserunt, quod ex aquarum penuria affligentur, omnesque ad portas mortis ob earum defectum proximi accesserunt, illisque mandas, vt tetram inuadentes illud, vt & illos puteos delectet obturare. O celorum aquarum quam estis efficaes, vt quicumque vos gustauerit, omnes puteorum fontiumque aquas contemnat Moabitarum, illique videatur eas esse iurum, venenumque mortiferum, omnesque fontes obcludat vt abominabiles. Sancto-rum vitas perlege, qui prius toto desiderabant

(a) Des-pues de datus y presas.

4. Reg. 3. 19.

VI. Iubet Eliseus.

si rentibus fob. Moabitaram.

anhelitu mundanae fontibus satiaru voluptatibus momento, quod illis sua Deus misericordia suas propinavit aquas, quaeque gustant, illas venenosas esse censuerunt. Exemplo disce Marix Aegyptiacae, notissimaeque illius & sanctissimae Thaidis. Vtinam tibi scortator imputissime hanc Deus concederet misericordiam, tibi que cupidissime auare, tibi que dignitarum ardore; vt suas tibi gustandas praebet aquas, quam syncheret & ex animo illas mundi, sicut exanumque crederes, quas tanta bibis voluptate, illas inquam voluptatum, facultatum, dignitatumque terrenarum. O quam congrua tibi foret illa mulieris oratio? *Dominus, da mihi hanc aquam, vt non veniam huc haurire.* O quam veraciter reipsa illud Domini experieris: *Omnia qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sicut in aeternum.*

S. 37. Reliquit hydriam. Aquae Christi, melius quam Mandragorae illam contemnerent fatuunt terrenas voluptates; illamque disponunt, vt vadat filios progenitura spiritualis.

Pinatus est D. August. eximis abundare mysticis historiam, quam Moyses narrat de mandragoris Rachel: erat ipsa eiusque soror Lia patri suo Jacob coniugata, quae cernens sororem suam ultra prole gloriantem se vero sterilem, vehementissimo proles angebatur desiderio, quocirca semper querula, semper ad aures mariti morsa suspirans, nihil aliud preter eius amplexum exoptabat. Die quadam accidit (ait S. pagina) quod Rachel his cruciata molestiis occurreret Ruben filio primogenito Liae reuertenti de agro. Tempore messis ariticae, ferentique secum mandragoras, gustat illas Rachel, & continuo torum eius erahunt desiderium, idque tanta vehementia, vt viri non recordetur amorum, & cupitis renunciet amplexibus, vt illa Lia soror sibi det. De natura & qualitatibus mandragorarum agunt Plinius, Dioscorides, Columella, alique philosophi nec aliud de his inuenimus, nisi quod fructus sint, qui tempore messis teretice nascuntur in arboribus velut poma, grati oculis, & odore suaves. Vnde de D. Augusti. sic dicit: *Naturam earum quantum pomi perferuntur sum. Rem comperi pulchram, & suauem contra olentem &c. Et ideo car eam mulier tantopere concupiscit, ignorare me fateor, nisi forte propter Pomum raritatem, & odoris incunditatem. Nec dubitamus,*